79. [78. V. 77. H.] CELSO; Digesto, libro IX.—Si se legara un coro ó la servidumbre, es lo mismo que si hubieran sido legados cada uno de los esclavos.

§ 1.—Próculo dice, que con estas palabras: «doy y lego mis cosas muebles que allí hubiere», no se legaron los dineros allí depositados para que fuesen dados en mútuo; pero que los que uno tiene depositados para defensa, como hicieron algunos en las guerras civiles, se comprenden en el legado, y que él oyó á campesinos ancianos que decían, que el dinero sin peculio era frágil cosa, llamando peculio á lo que se separase para defensa.

§ 2.—Legado un solar, si en el tiempo intermedio hubiere sido edificado, y otra vez volviera á ser solar, aunque entonces no podía ser pedido, se debe, sin embargo, ahora.

§ 3.—También el esclavo legado puede ser pedido después, si en el tiempo intermedio hubiera sido manumitido, y después hubiera sido hecho esclavo.

80. [79. V. 78. H.] EL MISMO; Digesto, libro XXXV.—Ser instituidos herederos conjuntamente ó ser legatarios conjuntamente es esto: que á cada cual se le dió toda la herencia, y todos los legados, pero que se hacen partes por el concurso.

81. [80. V. 79. H.] MODESTINO; Diferencias, libro IX.—Con razón piensan algunos, que legados los esclavos se deben también las esclavas, como si el nombre común comprendiera á uno y otro sexo; pero nadie duda, que legadas las esclavas no se deben los varones. Pero legados los niños se deben también las niñas; mas no se ha de decir igualmente que en las niñas se comprenden los niños.

§ 1.—Pero legadas las mujeres, se deben tam-

(1) crocinum, Hal.

(2) La Vulg.; isginum, el código Fl.

(3) Hal. Vulg.; erant, el código Fl.

(4) ipso, Hal.

(5) La Vulg.; sunt, el código Fl.

(6) dotem, inserta Hal.

(7) facta, Hal.

(8) Br.; Taur. suprime el paréntesis.

(9) non, insertan otros en Hal.

bentur, sicuti viris legatis etiam pueros deberi respondetur.

§ 2.—Pecudibus autem legatis et boves, et cetera iumenta continentur.

§ 3.—Armento autem legato etiam boves contineri convenit, non etiam greges ovium et caprarum.

§ 4.—Ovibus legatis neque agnos, neque arietes contineri quidam recte existimant.

§ 5.—Ovium vero grege legato et arietes, et agnos deberi nemo dubitat.

82. [81. V. 80. H.] IDEM libro IX. *Regularum*.—Servus, qui in fundo morari solitus erat, si fugerit, licet post mortem testatoris apprehendatur, fundo legato, ut instructus est, etiam ipse legato cedit.

83. [82. V. 81. H.] IDEM libro X. *Responsorum*.—Quod his verbis relictum est: «quidquid ex hereditate bonis meis ad te pervenerit, quum morieris, restituas», fructus, quos heres vivus percepit, item quae fructuum vice sunt, non venire placuisse; nec enim quidquam proponi, ex quo de his quoque restituendis testatricem rogasse probari potest.

§ 1.—Idem testator, qui libertis fideicommissum relinquebat, substitutione inter eos facta expressit, ut post mortem extremi ad posteros eorum pertineret; quaero, quum nemo alius sit, nisi libertus eius, qui extremo mortuus est, an is ad fideicommissum admitti debeat. Respondit: posterorum appellatione liberos tantummodo, non etiam libertos eorum, quibus fideicommissum relictum est, fideicommisso contineri, nequaquam incertum est.

84. [83. V. 82. H.] IAVOLENUS (1) libro II. *ex Cassio*.—Cui, quae Romae essent, legata sunt, ei etiam, quae custodiae causa in horreis extra urbem reposita sunt, debentur.

85. [84. V. 83. H.] POMPONIUS libro II. *ad Quintum Mucium*.—Nuper constitutum est a Principe, ut et non adiecto hoc «meum», si quis corpus alicui legat, et ita sentiat, ut ita demum praestetur, si suum sit, ita valere legatum, ut appareat, magis sententiam legantis, non hoc verbum «meum» respiciendum esse. Et ideo elegans est illa distinctio, ut, quoties certum corpus legatur, ad praesens tempus adiectum hoc verbum «meum» non faciat conditionem; si vero incertum corpus legatur, veluti ita: «Vina mea, vestem meam», videatur pro conditione hoc verbum esse «mea», ut ea demum, quae illius sint, videantur legata. Quod non puto fortiter posse defendi, sed potius et hic vestem, vel vinum, quod suorum numero habuerit, hoc legatum esse; sic enim responsum est, etiam quod coacuerit vinum legato cedere, si id vini numero testator habuisset. Plane in mortis tempore collatum hunc sermonem: «vestem, quae mea erit», sine dubio pro conditione accipiendum puto; sed et «Stichum, qui meus erit», puto pro conditione accipiendum, nec interesse, utrum ita: «qui meus

bién las doncellas, así como legados los varones se responde que se deben también los niños.

§ 2.—Mas legados los ganados se comprenden también los bueyes, y las demás caballerías.

§ 3.—Pero legado el ganado mayor conviene que se comprendan también los bueyes, pero no también los rebaños de ovejas y de cabras.

§ 4.—Legadas las ovejas, con razón juzgan algunos que no se comprenden ni los corderos ni los carneros.

§ 5.—Pero legado un rebaño de ovejas, nadie duda que se deben así los carneros como los corderos.

82. [81. V. 80. H.] EL MISMO; *Reglas, libro IX*.—Si el esclavo que había solido morar en un fundo hubiere huído, aunque fuese cogido después de la muerte del testador, cede también al legado, habiendo sido legado el fundo como está provisto.

83. [82. V. 81. H.] EL MISMO; *Respuestas, libro X*.—Respecto á lo que se dejó en estos términos: «restituirás cuando mueras todo lo que de mi herencia ó de mis bienes hubiere ido á tí», se determinó que no se comprenden los frutos, que el heredero percibió en vida, ni tampoco las cosas que hacen veces de frutos; porque no se propone cosa alguna por la que se pueda probar que la testadora rogó que se restituyeran también aquéllos.

§ 1.—El mismo testador, que les dejaba un fideicomiso á los libertos, dijo, habiendo establecido entre ellos substitution, que después de la muerte del último perteneciese á la posteridad de ellos; pregunto, si, no habiendo otro alguno, más que un liberto del que murió últimamente, deberá ser admitido éste al fideicomiso. Respondió: de ningún modo es incierto que con la denominación de posteridad se comprenden en el fideicomiso solamente los descendientes, pero no también los libertos de aquellos á quienes se dejó el fideicomiso.

84. [83. V. 82. H.] JAVOLENO; *Doctrina de Cassio, libro II*.—Al que se legaron las cosas que hubiese en Roma, se le deben también las que por razón de custodia fueron depositadas en almacenes fuera de la ciudad.

85. [84. V. 83. H.] POMPONIO; *Comentarios á Quinto Mucio, libro II*.—Se estableció hace poco por el Principe, que si uno le legara á otro alguna cosa, aun sin haber añadido «esto que es mio», y entendiera que se entregue solamente si fuera suya, sea válido de este modo el legado, de suerte que aparezca que se ha de atender más bien á la voluntad del que lega, que no á esta palabra «mio». Y por esto es discreta esta distinción, que siempre que se lega una cosa cierta, esta palabra «mia» aplicada al tiempo presente no constituya condición; pero si se legara una cosa incierta, por ejemplo, así: «mi vino, mi vestido», se considere que esta palabra, «mi», está en lugar de una condición, de suerte que se consideren legados solamente los que sean de él. Lo que no creo que se pueda defender con fuerza, sino que más bien también en este caso fué legado el vestido, ó el vino, que él hubiere tenido en el número de sus cosas; porque se respondió de este modo, que también el vino que se hubiere agriado cede al legado, si el testador lo hubiese tenido en clase de vino. Pero, á la

(1) Idem, Hal.

erit», an ita: «si meus erit», utrobique conditionem eam esse. Labeo tamen scribit, etiam in futurum tempus collatum hunc sermonem: «qui meus erit», pro demonstratione accipiendum; sed alio iure utimur.

86. [85. V. 84. H.] PROCULUS libro V. Epistolarum.—Si ita legatum est: «domum, quaeque mea ibi erunt, quum moriar», numos ad diem exactos a debitoribus, ut aliis nominibus collocarentur, non puto legatos esse. Et Labeonis distinctionem valde probo, qui scripsit, nec quod casu abesset, minus esse legatum, nec quod casu ibi sit, magis esse legatum.

87. [86. V. 85. H.] PAULUS libro IV. ad legem Iuliam et Papiam.—Et fideicommissum, et mortis causa donatio appellatione legati continetur.

88. [87. V. 86. H.] IDEM libro V. ad legem Iuliam et Papiam.—Lana legata, vestem, quae ex ea facta sit, deberi non placet.

§ 1.—Sed et materia legata, navis armariumve ex ea factum non vindicetur.

§ 2.—Nave autem legata dissoluta, neque materia, neque navis debetur.

§ 3.—Massa autem legata, scyphi ex ea facti exigi possunt (1).

89. [88. V. 87. H.] IDEM libro VI. ad legem Iuliam et Papiam.—Re coniuncti videntur, non etiam verbis, quum duobus separatim eadem res legatur; item verbis, non etiam re: «Titio et Seio fundum aequis partibus do lego», quoniam semper partem habent legatarii. Praefertur igitur omnimodo ceteris, qui et re, et verbis coniunctus est; quodsi re tantum coniunctus sit, constat, non esse potiolem; si vero verbis quidem coniunctus sit, re autem non, quaestionis est, an coniunctus potior sit. Et magis est, ut et ipse praefertur.

90. [89. V. 88. H.] IDEM libro VII. ad legem Iuliam et Papiam.—Nominatim legatum accipiendum est, quod a quo legatum sit, intelligitur, licet nomen pronuntiatum non sit.

91. [90. V. 89. H.] PAPINIANUS (2) libro VII. Responsorum.—Praediis per praeceptionem filiae datis cum reliquis actorum et colonorum, ea reliqua videntur legata, quae de reditu praediorum in eadem causa manserunt; alioquin pecuniam a colonis exactam et in kalendarium in eadem re-

verdad, esta frase: «el vestido, que fuere mío», referida al tiempo de la muerte, opino que sin duda ha de ser admitida como condición; mas creo que también esta: «Stico, que fuere mío», ha de ser tomada como condición, y que no importa si se hubiere expresado así: «que fuere mío», ó así: «si fuere mío», y que en ambos casos hay esta condición. Pero escribe Labeón, que aun referida á tiempo futuro esta frase: «que fuere mío», ha de ser admitida como demostración; pero usamos el derecho contrario.

86. [85. V. 84. H.] PROCULO; Epistolae, libro V.—Si se legó en esta forma: «la casa, y las cosas que allí hubiere mías, cuando yo muera», no creo que fué legado el dinero cobrado de los deudores á término, para ser colocado en otros créditos. Y apruebo resueltamente la distinción de Labeón, que escribió, que ni lo que por casualidad faltase fué legado de menos, ni lo que por casualidad estuviera allí fué legado de más.

87. [86. V. 85. H.] PAULO; Comentarios á la ley Julia y Papia, libro IV.—Con la denominación de legado se comprende así el fideicomiso, como la donación por causa de muerte.

88. [87. V. 86. H.] EL MISMO; Comentarios á la ley Julia y Papia, libro V.—Habiendo legado lana, no parece bien que se deba el vestido, que de ella se haya hecho.

§ 1.—Pero habiéndose legado madera, tampoco se reivindicará la nave ó el armario, que de ella se hizo.

§ 2.—Pero deshecha la nave legada, no se deben ni los materiales, ni la nave.

§ 3.—Pero legada una masa, se pueden reclamar las tazas que de ella se hicieron.

89. [88. V. 87. H.] EL MISMO; Comentarios, á la ley Julia y Papia, libro VI.—Se consideran conjuntos respecto á la cosa, no también respecto á las palabras, cuando una misma cosa es legada á dos separadamente; asimismo en cuanto á las palabras, no también en cuanto á la cosa: «doy y lego á Ticio y á Seyo un fundo por partes iguales», porque siempre tienen parte los legatarios. Así, pues, es preferido de todos modos á los demás, el que es conjunto tanto respecto á la cosa, como respecto á las palabras; pero si fuera conjunto solamente respecto á la cosa, consta que no es preferido; pero si verdaderamente fuera conjunto respecto á las palabras, pero no en cuanto á la cosa, hay la cuestión de si será preferido el conjunto. Y es más cierto que también él sea preferido.

90. [89. V. 88. H.] EL MISMO; Comentarios á la ley Julia y Papia, libro VII.—Se ha de admitir que se legó nominativamente lo que se entiende á cargo de quién haya sido legado, aunque no se haya pronunciado el nombre.

91. [90. V. 89. H.] PAPINIANO; Respuestas, libro VII.—Habiéndosele dado por prelegado á la hija unos predios con los atrasos de los administradores y de los colonos, se consideran legados los atrasos, que por rentas de los predios permanecieron en el mismo estado; pero el dinero cobra-

(1) Según corrección del códice Fl., Br.; possint, Taur. según la escritura original.

(2) Paulus, Hal.

gione versam reliquis non contineri, neque colonorum, neque actorum, facile constabit, tametsi nominatim actores ad filiam pertinere voluit.

§ 1.—Ex his verbis: «Lucio Ticio praedia mea illa cum praetorio, sicut a me in diem mortis meae possessa sunt, do», instrumentum rusticum, et omnia, quae ibi fuerunt, quo dominus fuisset instructor, deberi convenit, colonorum reliqua non debentur.

§ 2.—Pater filio tabernam purpurariam cum servis institoribus et purpuris, quae in diem mortis eius ibi fuerunt, legavit; neque pretia purpurae condita, neque debita, neque reliqua legato contineri placuit.

§ 3.—«Titio Seiana praedia, sicuti comparata sunt, do lego; quum essent Gabiniana quoque simul (1) uno pretio comparata, non sufficere solum argumentum emtionis, respondi, sed inspiciendum, an literis et rationibus appellatione Seianorum Gabiniana quoque continerentur (2), et utriusque possessionis confusi reditus titulo Seianorum accepto lati essent.

§ 4.—Balneas legatae domus esse portionem constabat; quodsi eas publice praebuit, ita domus esse portionem balneas, si per domum quoque intrinsecus adirentur, et in usu patrisfamiliae vel uxoris nonnunquam fuerunt, et mercedes eius inter ceteras meritoriorum domus rationibus accepto ferebantur, et uno pretio comparatae, vel instructae communi coniunctae (3) fuissent.

§ 5.—Qui domum possidebat, hortum vicinum aedibus comparavit, ac postea domum legavit; si hortum domus causa comparavit, ut amoeniorem domum ac salubriorem possideret, aditumque in eum per domum habuit, et aedium hortus additamentum fuit, domus legato continebatur.

§ 6.—Apellatione domus insulam quoque iniunctam domui (4) videri, si uno pretio cum domu fuisset comparata, et utriusque pensiones similiter accepto latas rationibus ostenderetur.

92. [91. V. 90. H.] PAULUS libro XIII. Responsorum. — «Si mihi Maevia et Negidia, filiae meae, heredes erunt, tunc Maevia e medio sumito, praecipito, sibi que habeto fundos meos illum et illum cum casulis et custodibus omnium horum fundorum, et cum his omnibus agris, qui ad coniunctionem cuiusque eorum fundorum emtione, vel quolibet alio casu obtigerint; item cum omnibus mancipiis, pecoribus, iumentis, ceterisque universis speciebus, quae in iisdem fundis, quove eorum, quum moriar, erunt, uti optimi maximi que sunt; utique eos in diem mortis meae possedi, et, ut plenius dicam, ita, uti clauduntur (5)»; in fundo autem uno ex his, qui praelegati sunt, tabularium est, in quo sunt et complurium mancipiorum emtiones, sed et fundorum, et variorum contractuum

do de los colonos, y aplicado al libro de cuentas en la misma región, fácilmente se verá que no se comprende en los atrasos, ni de los colonos, ni de los administradores, aunque haya querido expresamente que los administradores le pertenezcan á la hija.

§ 1.—En virtud de estas palabras: «doy á Lucio Ticio aquellos predios míos, con su casa, como estén poseídos por mí el día de mi muerte», conviene que se deban los instrumentos rústicos, y todo lo que allí hubiere, para que el dueño estuviese más provisto, pero no se deben los atrasos de los colonos.

§ 2.—Un padre le legó á su hijo una tienda de púrpuras, con los esclavos encargados de ella y con las púrpuras que en ella hubiere el día de su muerte; se determinó, que no se comprendían en el legado ni el importe de la púrpura recogido, ni los débitos, ni los atrasos.

§ 3.—«Doy y lego á Ticio los predios Seyanos, como fueron comprados»; habiendo sido comprados al mismo tiempo por un solo precio también los Gabinianos, yo respondi, que no bastaba el solo argumento de la compra, sino que se ha de ver, si en las cartas y en las cuentas estaban comprendidos con la denominación de Seyanos también los Gabinianos, y si se han dado por recibidas bajo el título de los Seyanos confundidas las rentas de una y otra posesión.

§ 4.—Era constante que los baños formaban parte de la casa legada; pero si los destinó al público, son parte de la casa los baños en este caso, si también por el interior de la casa se entrase en ellos, y alguna vez fueron usados por el padre de familia ó por la mujer, y sus alquileres se daban por recibidos en las cuentas de la casa entre los demás de las habitaciones alquiladas, y hubiesen sido comprados por un solo precio, ó provistos conjuntamente.

§ 5.—Uno, que poseía una casa, compró un huerto contiguo á la casa, y después legó la casa; si compró el huerto por causa de la casa, para poseer más amena y salubre la casa, y tuvo entrada al mismo por la casa, y el huerto fué aditamento de la casa, la casa será comprendida en el legado.

§ 6.—Con la denominación de casa se considera comprendida también la casa pequeña unida á la principal, si por un solo precio hubiese sido comprada con esta casa, y se demostrase que del mismo modo se dieron por recibidos en las cuentas los alquileres de ambas.

92. [91. V. 90. H.] PAULO; Respuestas, libro XIII.—«Si mis hijas Mevia y Negidia fueren mis herederas, en este caso retire Mevia de la masa, tome previamente, y tenga para sí mis fundos tal y tal, con las chozas y con los guardas de todos estos fundos, y con todos los campos que hubieren llegado á unirse á cualquiera de estos fundos por compra, ó por otra cualquier circunstancia; asimismo, con todos los esclavos, ganados, caballerías, y con todas las demás cosas, que en los mismos fundos, ó en cualquiera de ellos, hubiere cuando yo muera, tan buenos y grandes como son, y tales como yo los haya poseído hasta el día de mi muerte, y, para decirlo de una vez, así como están cercados»; pero en uno de estos fundos, que fueron prelegados, está el archivo en el que se ha-

(1) cum Seianis, inserta la Vulg.

(2) Hal. Vulg.; continentur, el código Fl.

(3) communi iure coniunctae, Hal.

(4) legatam, inserta la Vulg.

(5) clauduntur, Hal. Vulg.

instrumenta, praeterea et nomina debitorum; quae-
ro, an instrumenta communia sint. Respondi, se-
cundum ea, quae proponuntur, instrumenta em-
tionum, item debitorum, quae in fundo praelegato
remanserunt, non videri legato contineri.

§ 1.—His verbis domibus legatis: «fidei heredum
meorum committo, uti sinant eum habere domus
meas, in quibus habito, nullo omnino excepto, cum
omni instrumento, et repositis omnibus», non vi-
deri testatorem de pecunia numerata, aut instru-
mentis debitorum sensisse.

93. [92. V. 91. H.] SCAEVOLA libro III. Re-
sponsorum.—Lucius Titius testamento suo cavet,
ne (1) ullo modo praedium suburbanum aut do-
mum heres alienaret; filia eius heres scripta here-
dem reliquit filiam suam, quae easdem res diu
possedit, et decedens extraneos heredes instituit;
quaesitum est, an praedia pertinerent ad Iuliam,
quae Lucium Titium testatorem patrum maiorem
habuit. Respondit, nihil proponi contra volunta-
tem defuncti factum, quominus ad heredem perti-
nerent (2), quum hoc nudum praeceptum est.

§ 1.—«Semproniae, mulieri meae, reddi iubeo
ab heredibus meis centum aureos, quos mutuos
acceperam»; quaesitum est, si hanc pecuniam ut
debitam Sempronia petens victa sit, an fideicom-
missum peti possit. Respondit, secundum ea, quae
proponerentur, posse ex causa fideicommissi peti,
quod apparuisset non fuisse ex alia causa de-
bitum.

§ 2.—Quidam praedia legavit libertis, adiectis
his verbis: «uti a me possessa sunt, et quaecunque
ibi erunt, quum moriar»; quaesitum est, an man-
cipia, quae in his praediis morata in diem mortis
patrisfamilias fuerunt operis rustici causa vel al-
terius officii, ceteraque res, quae ibi fuerunt, ad
legatarios pertineant. Respondit, pertinere.

§ 3.—Quaesitum est, an, quod heredes fratribus
rogati essent restituere, etiam ad sorores pertine-
ret. Respondit, pertinere, nisi aliud sensisse testa-
torem probetur.

§ 4.—Collegio fabrorum fundum cum silvis, quae
ei cedere solent, uti optimus maximusque esset,
legavit; quaero, an ea quoque, quae in diem mor-
tis ibi fuissent, id est foenum, pabulum, palea (3),
item machina, vasa vinaria, id est cupae et dolia,
quae in cella defixa sunt, item granaria (4), legata
essent. Respondit, non recte peti, quod legatum
non esset.

§ 5.—Ex parte dimidia herede instituto per
praeceptionem fundum legavit, et ab eo ita peti-
it (5): «peto, uti velis coheredem tibi recipere
in fundo Iuliano meo, quem amplius te recipere
iussi, Clodium Verum, nepotem meum, cognatum

llan las escrituras de compras de muchos esclavos,
y también de fundos, y los instrumentos de varios
contratos, y además créditos de deudores; pregun-
to, si serán comunes los instrumentos. Respondí,
que, según lo que se expone, no se considera que
se comprenden en el legado los instrumentos de
las compras, ni de los débitos, que quedaron en el
fundo prelegado.

§ 1.—Legadas unas casas con estas palabras:
«encomiendo a la fidelidad de mis herederos, que
dejen que fulano tenga mis casas, en que habito,
sin exceptuar absolutamente cosa alguna, con to-
dos sus enseres y con todas las cosas en ellas pue-
tas», no se considera que el testador se refirió al
dinero contante, ó a los instrumentos de los débitos.

93. [92. V. 91. H.] SCAEVOLA; Respuestas, libro
III.—Lucio Ticio dispuso en su testamento, que
de ningún modo enajenase su heredero un predio
suburbano ó una casa; su hija instituida heredera
dejó por heredera á su hija, la cual poseyó mucho
tiempo los mismos bienes, y al fallecer instituyó
herederos á personas extrañas; se preguntó, si los
predios le pertenecían á Julia, que tuvo como her-
mano de su bisabuelo al testador Lucio Ticio.
Respondió, que no se exponía que se hubiese he-
cho cosa alguna contra la voluntad del difunto,
para que no le perteneciesen al heredero, porque
este es un nudo precepto.

§ 1.—«Mando que por mis herederos se le de-
vuelvan á Sempronia, mi mujer, los cien áureos
que recibí en mútuo»; se preguntó, si, habiendo
sido vencida Sempronia al pedir como debida esta
cantidad, se podría pedir el fideicomiso. Respon-
dió, que, según lo que se exponía, se podía pedir
por causa de fideicomiso lo que hubiese aparecido
que no fué debido por otra causa.

§ 2.—Uno legó predios á los libertos, habiendo
añadido estas palabras: «como son poseídos por mí,
y todo lo que en ellos hubiere cuando yo muera»;
se preguntó, si pertenecerán á los legatarios los
esclavos que moraron en estos predios hasta el día
de la muerte del padre de familia por causa de
faenas rústicas ó de otro servicio, y las demás co-
sas que en ellos hubiere. Respondió, que les perte-
necian.

§ 3.—Se preguntó, si lo que se hubiese rogado
que los herederos restituyan á los hermanos les
pertenecería también á las hermanas. Respondió,
que les pertenecía, si no se probare que otra cosa
entendió el testador.

§ 4.—Uno legó á un gremio de artesanos un fun-
do con los bosques que le suelen corresponder,
como mejor y más grande fuese; pregunto, si se
habrían legado también todas las cosas que allí
hubiese el día de la muerte, esto es, el heno, el pas-
to, la paja, y las máquinas, los envases para el vino,
esto es, las cubas y las tinajas, que en la bodega
están empotradas, así como los graneros. Respon-
dió, que no se pide con derecho lo que no hubiese
sido legado.

§ 5.—Habiendo uno instituido heredero á otro
en la mitad, le prelegó un fundo, y le pidió de esta
manera: «te pido que quieras admitir como cohe-
redero en mi fundo Iuliano, que mandé que además
recibieras, á Clodio Vero, mi nieto, tu cognado»;

(1) Según nuestra enmienda; nec, el código Fl.

(2) Hal. Vulg.; pertineret, el código Fl.

(3) Hal. Vulg.; paleam, el código Fl.

(4) id est cupae—item granaria, se consideran añadidas
por antiguos copistas.

(5) Hal. Vulg.; petit, el código Fl.

tuum»; quaero, an pars fundi ex causa fideicommissi nepoti deberetur. Respondit, deberi.

94. [93. V. 92. H.] VALENS (1) libro II. *Fideicommissorum*.—Is, qui complures libertos relinquebat, tribus ex his fundum legaverat, et petierat, ut curarent, ne de nomine suo exiret; quaerabatur (2), ex tribus qui primus moriebatur, utrum utriusque, vel alteri ex his, qui sibi in legato coniuncti essent, relinquere partem suam deberet, an possit vel alii conliberto suo eam relinquere. Placuit, etsi voluntatis quaestio esset, satis illum facturum, et si alii reliquisset. Quodsi nulli dedisset, occupantis, an omnium conlibertorum, et numerorum tantum, quibus pariter legatum esset, petitio fideicommissi esset, dubitabatur; et Iulianus recte omnibus deberi (3) putavit.

95. [94. V. 93. H.] MAECIANUS libro II. *Fideicommissorum*.—«Quisquis mihi heres erit, damnas esto dare, fideique eius committo, uti det, quantas summas dictavero, dedero»; Aristo res quoque corporales contineri ait, ut praedia, mancipia, vestem, argentum, quia et hoc verbum «quantas» non ad numeratam duntaxat pecuniam referri, ex dotis relegatione (4) et stipulationibus emtae hereditatis apparet; et «summae» appellatio (5) similiter accipi deberet, ut in his argumentis, quae relata essent, ostenditur; voluntatem praeterea defuncti, quae maxime in fideicommissis valeret, ei sententiae suffragari; neque enim post eam praefactionem adiecturum testatorem fuisse res corporales, si duntaxat pecuniam numeratam praestari voluisset.

96. [95. V. 94. H.] GAIUS libro II. *Fideicommissorum*.—Si Titius ex parte heres rogatus sit Maevio hereditatem restituere, et rursus Titio coheres eius rogatus sit, partem suam, aut partis partem restituere, an hanc quoque partem, quam a coherede ex fideicommissis recepit (6), Titius restituere Maevio debeat, Divus Antoninus consultus rescripsit, non debere restituere, quia hereditatis appellatione neque legata, neque fideicommissa continentur.

97. [96. V. 95. H.] PAULUS libro II. *Decretorum*.—Osidius quidam instituta filia Valeriana herede, actori suo Antiocho data libertate, praedia certa, et peculium, et reliqua legaverat (7), tam sua, quam colonorum; legatarius proferebat manu patrisfamiliae reliquatum, et tam suo, quam colonorum nomine; item in eadem scriptura adiectum in hunc modum: «item quorum rationem reddere debeat, scilicet quae in condito habuerat paterfamiliae, frumenti, vini, et ceterarum rerum», quae et ipsa libertus petebat, et ex reliquis esse dicebat, et apud Praesidem obtinuerat. Ex diverso quum diceretur, reliqua colonorum ab eo non peti, nec propria, diversam autem causam esse eorum, quae

pregunto, si se le deberá al nieto parte del fundo por causa de fideicomiso. Respondió, que se le debe.

94. [93. V. 92. H.] VALENTE; *Fideicomisos, libro II*.—Uno, que dejaba muchos libertos, les había legado á tres de ellos un fundo, y les había pedido que cuidasen de que no saliera de los de su nombre; se preguntaba, si el que de los tres muriese primero debería dejar su parte á ambos, ó á uno de éstos, que fuesen conjuntos con él en el legado, ó si podría dejársela á otro coliberto suyo. Se determinó, que aunque hubiese cuestión sobre la voluntad, él obraría cumplidamente también si se la hubiese dejado á otro. Pero si no se la hubiese dado á ninguno, se dudaba si la petición del fideicomiso competiera al ocupante, ó á todos los colibertos, ó acaso solamente á aquéllos á quienes conjuntamente se les hubiese legado; y con razón opinó Juliano que se les debe á todos.

95. [94. V. 93. H.] MECIANO; *Fideicomisos, libro II*.—«Cualquiera que fuere mi heredero, esté condenado á dar, y á su fidelidad encomiando que dé, cuantas sumas yo hubiere señalado y dado»; Aristón dice, que se comprenden también las cosas corpóreas, como los predios, los esclavos, el vestido, la plata, porque esta palabra «cuantas» no se refiere únicamente al dinero contante, según aparece de la relegación de la dote y de las estipulaciones de la herencia comprada; y se ve que la denominación de «suma» se debe interpretar del mismo modo que en los ejemplos que se han citado; que además de esto, la voluntad del difunto, que es la que principalmente vale en los fideicomisos, favorece á esta opinión; porque después de esta manifestación no habría añadido el testador las cosas corpóreas, si solamente hubiese querido que se diese el dinero contante.

96. [95. V. 94. H.] GAYO; *Fideicomisos, libro II*.—Si á Ticio, heredero de parte, se le hubiera rogado que restituya á Mevio la herencia, y á su vez se le hubiera rogado á su coheredero que restituya á Ticio su parte, ó una parte de su parte, consultado el Divino Antonino sobre si Ticio le deberá restituir á Mevio también esta parte que recibió de su coheredero por fideicomiso, respondió por rescripto que no se le debe restituir, porque en la denominación de herencia no se contienen ni los legados, ni los fideicomisos.

97. [96. V. 95. H.] PAULO; *Decretos, libro II*.—Habiendo instituido un cierto Osidio heredera á su hija Valeriana, le había legado á su administrador Antiocho, con la libertad dada, ciertos predios, el peculio, y los atrasos, tanto suyos, como de los colonos; el legatario manifestaba que se quedó á deber por mano del padre de familia, y tanto en su propio nombre, como en el de los colonos; además, que en la misma escritura se añadió de este modo: «también las cosas de que deba dar cuenta, á saber, las que el padre de familia tenía en su almacén, el trigo, el vino y las demás cosas», cuyas mismas cosas también pedía el liberto, y decía que eran de los atrasos, y había ganado la cues-

(1) Ulpianus, *Hal. Vulg.*

(2) Según corrección del código Fl.; quaerebat, *Taur.* según la escritura original, *Br.*

(3) *Hal.*; debere, *el código Fl.*

(4) *praelegatione, la Vulg.*

(5) *Taur.* según corrección del código Fl.; appellatione, *la escritura original, Br.*

(6) *Hal.*; recipit, *el código Fl.*

(7) *Hal.*; relegaverat, *el código Fl.*

in condito essent, Imperator interrogavit partem legatarii quaerendi causa; pone, inquit, in condito centies aurcorum esse, quae in usum sumi soleant, diceres totum, quod esset relictum in arca, deberi? Et placuit, recte appellasse. A parte legatarii suggestum est, quaedam a colonis post mortem patrisfamiliae exacta, respondit, hoc, quod post mortem exactum fuisset, reddendum esse legatario.

98. [97. V. 96. H.] IDEM libro singulari de forma testamenti.—Si plures gradus sint heredum, et scriptum sit: «heres meus dato», ad omnes gradus hic sermo pertinet, sicuti haec verba: «quisquis mihi heres erit». Itaque si quis velit non omnes heredes legatorum praestatione onerare, sed aliquos ex his, nominatim damnare debet.

99. [98. V. 97. H.] IDEM libro singulari de instrumenti significatione.—Servis urbanis legatis quidam urbana mancipia non loco, sed opere separant, ut, licet in praediis rusticis sint, tamen, si opus rusticum non faciant, urbana videantur (1). Dicendum autem est, quod urbani intelligendi sunt, quos paterfamilias inter urbanos adnumerare solitus sit; quod maxime ex libellis familiae, item cibariis deprehendi poterit.

§ 1.—Venatores et aucupes utrum in urbanis, an in rusticis contineantur, potest dubitari; sed dicendum est, ubi paterfamilias moraretur, et hos aiebat, ibi eos numerari.

§ 2.—Muliones de urbano ministerio sunt, nisi propter opus rurestre testator eos destinatos habebat.

§ 3.—Eum, qui natus est ex ancilla urbana, et missus in villam nutriendus, interim in neutris esse quidam putant, videamus, ne in urbanis esse intelligatur; quod magis placet.

§ 4.—Servis lecticariis legatis, si idem lecticarius sit et coquus, accedet legato.

§ 5.—Si alii verna, alii cursores, legati sunt, si quidam et verna, et cursores sint, cursoribus cedent; semper enim species generi derogat. Si in specie aut in genere utrique sint, plerumque communicabuntur.

100. [99. V. 98. H.] JAVOLENUS libro II. ex Posterioribus Labeonis.—«Heres meus damnas esto Lucio Titio Stichum servum meum reddere», vel ita: «illum servum meum illi reddito»; Cascelius ait, deberi; neque id Labeo improbat, quia qui reddere iubetur, simul et dare iubetur.

lón ante el Presidente. Como por la parte contraria se dijese que no se le pedían á él los atrasos de los colonos, ni los propios, pero que era diversa la condición de las cosas que estuviesen en el almacén, el Emperador interrogó á la parte del legatario por vía de investigación; supón, dijo, que hubiese guardados cien mil áureos, que se soliesen tomar para los usos, ¿dirás que se debe todo lo que se hubiese dejado en la caja? Y se determinó, que apeló bien. Por la parte del legatario se añadió, que después de la muerte del padre de familia se cobró algo de los colonos, y respondió, que esto que se hubiese cobrado después de la muerte se le ha de restituir al legatario.

98. [97. V. 96. H.] EL MISMO; De la forma del testamento, libro unico.—Si hubiera muchos grados de herederos, y se hubiera escrito: «dé mi heredero», esta expresión se refiere á todos los grados, lo mismo que estas palabras: «cualquiera que fuere mi heredero». Y así, si alguien quisiera gravar con la prestación de legados no á todos los herederos, sino á algunos de éstos, debe condenarlo nominativamente.

99. [98. V. 97. H.] EL MISMO; De la significación de la palabra instrumento, libro unico.—Legados los esclavos urbanos, algunos separan los esclavos urbanos no por el lugar, sino por su trabajo, de modo que aunque estén en predios rústicos, sean, no obstante, considerados urbanos, si no hicieran faenas rústicas. Pero se ha de decir, que se han de entender urbanos los que el padre de familia haya solido contar entre los urbanos; lo que principalmente se podrá averiguar por los libros de la servidumbre, y también por los alimentos.

§ 1.—Se puede dudar si los cazadores y los pajareros serán comprendidos entre los urbanos, ó entre los rústicos; pero se ha de decir, que se los cuenta allí donde morase el padre de familia, y los alimentaba.

§ 2.—Los muleteros son de servicio urbano, si el testador no los tenía destinados á faenas rústicas.

§ 3.—Veamos si el que nació de una esclava urbana y fué mandado para que se criase en una casa de campo, opinando algunos que mientras tanto no está ni entre unos ni entre otros, es considerado que está entre los urbanos; y esto es lo que parece mejor.

§ 4.—Legados los esclavos mozos de litera, si uno mismo fuese mozo de litera y cocinero, formará parte del legado.

§ 5.—Si á uno se le legaron los esclavos nacidos en la casa, y á otro los mozos de á pie, si algunos fueran nacidos en la casa y mozos de á pie, formarán parte de los mozos de á pie; porque siempre la especie deroga al género. Si unos y otros estuvieran en una especie ó en un género, de ordinario se harán comunes.

100. [99. V. 98. H.] JAVOLENO; Doctrina de las Obras póstumas de Labeon, libro II.—«Esté condenado mi heredero á restituir á Lucio Ticio mi esclavo Stico», ó así: «restitúyale á él aquel esclavo mío»; Cascelio dice, que se debe; y no lo desaprueba Labeón, porque á aquel á quien se le manda que restituya, también se le manda que dé simultáneamente.

(1) Hal.; urbani videntur, et códice Fl.

§ 1.—Duae statuæ marmoreae cuidam nominatim, item omne marmor erat legatum; nullam statuam marmoream praeter duas, Cascellius putat, deberi; Ofilius, Trebatius contra; Labeo Cascellii sententiam probat; quod verum puto, quia duas statuas legando potest videri non putasse in marmore se (1) statuas legare.

§ 2.—«Uxori meae vestem, mundum muliebrem, ornamenta omnia, aurum, argentum, quod eius causa factum paratumque est (2), omne do lego»; Trebatius haec verba: «quod eius causa factum paratumque est», ad aurum et argentum duntaxat referri putat; Proculus ad omnia, quod et verum est.

§ 3.—Cui Corinthia vasa legata essent, et βάζαις (3) [fundamenta] quoque eorum vasorum collocandorum causa paratas deberi, Trebatius respondit. Labeo autem id non probat, si eas βάζαις (4) testator numero vasorum habuit; Proculus vero recte ait, si aeneae quidem sint, non autem Corinthiae, non deberi.

§ 4.—Cui testudinea legata essent, ei lectos testudineos pedibus inargentatos deberi, Labeo, Trebatius responderunt; quod verum est.

101. [100. V. 99. H.] SCAEVOLA libro XVI. Digestorum.—Qui habebat in provincia, ex qua oriundus erat, propria praedia, et alia pignori sibi data ob debita, codicillis ita scripsit: τῇ γλυκυστάτῃ μου πατρίδι βούλομαι εἰς τὰ μέρη αὐτῆς δοθῆναι, ἀφορίζω αὐτῇ χωρία πάντα, ὅσα ἐν Συρίᾳ κέκτημαι, σὺν πᾶσι τοῖς ἐνοῦσιν βουκόμοις, δούλοις, καρποῖς ἀποθέτοις, κατασκευαῖς πάσαις. [Suavissimae patriae meae volo in partem suam dari, et ipsi separatim adiudico praedia omnia, quaecunque in Syria possideo, cum omnibus in iis existentibus, et pecoribus, et servis, et fructibus, reconditis (5) et apparatu onni;] (6) quaesitum est, an etiam praedia, quae pignori habuit testator, patriae suae reliquisse videatur. Respondit, secundum ea, quae proponerentur, non videri relicta, si modo in proprium patrimonium, quod fere cessante debitore sit, non sint redacta.

§ 1.—«Peto, fundum meum ita, uti est, alumnae meae dari»; quaesitum est, an fundo (7) et reliqua colonorum, et mancipia, si qua mortis tempore in eo fundo fuerint, debeantur. Respondit, reliqua quidem colonorum non esse legata, cetera vero videri illis verbis «ita, uti est», data.

102. [101. V. 100. H.] IDEM libro XVII. Digestorum.—His verbis legavit: «uxori meae lateralia (8) mea viatoria, et quidquid in his conditum erit, quae membranulis mea manu scriptis continebuntur, nec ea sint exacta (9), quum moriar, licet in rationes meas translata sint, et cautiones ad actorem meum transulerim»; hic chirographa debitorum, et pecuniam, quum esset profecturus in urbem, in lateralibus condidit; et tam (10) chirographis exactis, quam pecunia erogata, reversus in patriam post biennium alia chirographa prae-

§ 1.—A uno se le habian legado determinadamente dos estatuas de mármol, y además todo el mármol; Cascelio opina, que no se debe ninguna estatuá de mármol además de las dos; Ofilio y Trebacio al contrario; Labeón aprueba la opinión de Cascelio; lo que juzgo verdadero, porque se puede considerar que al legar las dos estatuas no creyó que en el mármol legaba él las estatuas.

§ 2.—«Doy y lego á mi mujer el vestido, los objetos de tocador propios de mujer, todos los adornos, todo el oro y la plata, que por causa de ella se labró y preparó»; Trebacio opina que estas palabras: «que por causa de ella se labró y preparó», se refieren únicamente al oro y á la plata; Próculo, que á todo, lo que también es verdad.

§ 3.—Trebacio respondió, que al que se le hubiesen legado vasos corintios se le deben también los pedestales dispuestos para colocar estos vasos. Pero Labeón no lo aprueba, si el testador tuvo estos pedestales en el número de vasos; pero con razón dice Próculo, que si verdaderamente fueran de bronce, pero no de Corinto, no se deben.

§ 4.—Labeón y Trebacio respondieron, que al que se le hubiesen legado los muebles incrustados de concha de tortuga se le deben también las camas incrustadas de concha de tortuga guarnecidas de plata en los pies; lo que es verdad.

101. [100. V. 99. H.] SCAEVOLA; Digesto, libro XVI.—Uno que tenía en la provincia, de que era oriundo, predios propios, y otros dados á él en prenda por deudas, escribió así en los codicilos: «quiero que se le den por su parte á mi dulcísima patria, y separadamente le adjudico á la misma, todos los predios que poseo en Siria, con todas las cosas existentes en ellos, y con los ganados, y con los esclavos, y con los frutos, guardados, y con todos los enseres»; se preguntó, si se considerará que le dejó á su patria los predios que el testador tuvo en prenda. Respondió, que, según lo que se exponía, no se consideran dejados, si no hubieran sido comprendidos en el propio patrimonio, lo que de ordinario sucede dejando de pagar el deudor.

§ 1.—«Pido que se le dé á mi alumna mi fundo así como está»; se preguntó, si se le deberán al fundo también los atrasos de los colonos, y los esclavos, si hubiere algunos en aquel fundo al tiempo de la muerte. Respondió, que ciertamente no se legaron los atrasos de los colonos, pero que se considera dado lo demás con estas palabras: «así como está».

102. [101. V. 100. H.] EL MISMO; Digesto, libro XVII.—Uno legó con estas palabras: «lego á mi mujer mis alforjas de viaje y todo lo que en ellas estuviere guardado, los créditos que en papeles escritos de mi propia mano se contuvieren, y no hayan sido cobrados, cuando yo muera, aunque hayan sido transferidos á mis cuentas, y yo hubiere traspasado las cauciones á mi agente»; éste, habiendo de marchar á la ciudad, guardó en las alforjas los quirógrafos de sus deudores y el dinero; y tanto habiendo cobrado los quirógrafos, como ha-

(1) sed, por se, Hal.

(2) Hal.; esset, el códice Fl.

(3) Taur.; εὐβάσις, la escritura original, Br.; ἐν βάζαις, corrección del códice Fl. por et βάζαις; essent, huic abaces quoque, Hal.

(4) si eas abaces, Hal. Vulg.

(5) Hal.; et fructibus, et usu consumtibilibus, la Vulg.

(6) Versión vulgar.

(7) fundus, Hal. Vulg.

(8) Hal. Vulg.; lateraria, el códice Fl.

(9) neque exacta erunt, Hal.

(10) Hal. Vulg.; tam, omitela el códice Fl.

diorum, quae postea comparaverat, et pecuniam in lateralibus condidit; quaesitum est, an ea tantum videatur nomina ei legasse, quae postea reversus in iisdem lateralibus condidit. Respondit, secundum ea, quae proponerentur, non deberi, quae mortis tempore in his lateralibus essent, et membranis manu eius scriptis continerentur. Idem quaesitum est, an, quum emptiones praediorum in iisdem lateralibus condiderat, praedia quoque legato cedant. Respondit, non quidem manifeste apparere, quid de praediis sensisset, verum si ea mente emptiones ibi haberet, ut his legatariae datis proprietates praediorum praestaretur, posse defendi, praedia quoque deberi.

§ 1.—Paterfamilias ita legavit: «lances numero duas leves, quas de sigillaribus emi, dari volo»; is de sigillaribus leves quidem non emerat, lances autem emtas habebat, et dictaverat testamentum ante triduum, quam moreretur; quaesitum est, an hae lances, quas emtas de sigillaribus habuit, legato cederent, quum nullas alias de sigillaribus emerit, nec legaverit. Respondit, secundum ea, quae proponerentur, deberi eas, quas de sigillaribus emisset.

§ 2.—Alumno praecepit militiam (1) his verbis: «Sempronio, alumno meo, illud et illud; et quum per aetatem licebit, militiam illam cum introitu comparari volo; huic quoque omnia integra»; quaesitum est, si Sempronius eam militiam sibi comparaverit, an pretium eius, sed et id, quod pro introitu erogari solet, ex causa fideicommissi ab heredibus consequi possit. Respondit, secundum ea, quae proponerentur, posse.

§ 3.—Idem testator liberto militiam his verbis legavit: «Seio, liberto meo, militiam do lego illam», quam militiam et testator habuit; quaesitum est, an onera omnia, et introitus militiae, ab herede sint danda. Respondit, danda.

103. [102. V. 101. H.] IDEM libro singulari *Quaestionum publice tractatarum*.—Si pater exheredato filio substituit heredem extraneum, deinde ille extraneus hunc filium heredem instituit, et heres factus intra pubertatem decedat, puto, a substituto ei filio omnino legata praestari non debere, quia non directo, sed per successionem ad filium hereditas patris pervenit.

§ 1.—Plus ego in fratre, qui, quum heres extitisset patri, exheredatum fratrem heredem instituit, accepi, substitutum eius legatum non debere, ac ne quidem si intestato fratri (2) successerit, quia non principaliter, sed per successionem bona fratris ad eum pervenerunt.

§ 2.—Si filius ex uncia heres institutus sit, et ab eo legata data sint, habeat et substitutum, deinde

biendo gastado el dinero, vuelto á su patria después de dos años, guardó en las alforjas otros quirógrafos de predios, que había comprado después, y dinero; se preguntó, si se considerará que le legó solamente los créditos, que después de haber vuelto guardó en las mismas alforjas. Respondió, que, según lo que se exponía, no se debían los que al tiempo de la muerte estuviesen en estas alforjas, y se contuviesen en los pergaminos escritos de su mano. El mismo preguntó, si, habiendo guardado en las mismas alforjas las escrituras de compras de predios, cederán también los predios al legado. Respondió, que, ciertamente no aparecía con claridad cual hubiese sido su intención respecto á los predios, pero que si tuviera allí las escrituras de compras con la intención de que dadas estas cosas á la legataria se le diese la propiedad de los predios, se podía defender que se deben también los predios.

§ 1.—Un padre de familia legó de esta manera: «quiero que se den los platos lisos, en número de dos, que compré de los que venden pequeñas estatuas»; éste no había comprado ciertamente los lisos á los vendedores de pequeñas estatuas, pero tenía platos comprados, y había dictado su testamento tres días antes de morir; se preguntó, si cederían al legado estos platos que tuvo comprados á los vendedores de pequeñas estatuas, no habiendo comprado á los vendedores de pequeñas estatuas, ni habiendo legado, ningunos otros. Respondió, que, según lo que se exponía, se debían los que hubiese comprado á los vendedores de pequeñas estatuas.

§ 2.—Uno mandó que se comprase para su alumno un cargo en la milicia en estos términos: «A Sempronio, mi alumno, esto y aquello; y quiero que cuando por su edad fuere lícito se le compre tal cargo en la milicia con su entrada; y también para él todas estas cosas integras»; se preguntó, si, habiendo comprado Sempronio para sí aquel cargo en la milicia, podría conseguir por causa de fideicomiso de los herederos el precio de aquel, ó también lo que se suele gastar por entrada. Respondió, que, según lo que se exponía, podía.

§ 3.—El mismo testador legó á su liberto un cargo en la milicia en estos términos: «doy y lego á Seio, mi liberto, aquel cargo en la milicia», cuyo cargo en la milicia tuvo también el testador; se preguntó, si se habrán de dar por el heredero todas las cargas, y los gastos de ingreso en la milicia. Respondió, que se habían de dar.

103. [102. V. 101. H.] EL MISMO; *Cuestiones tratadas en publico, libro unico*.—Si un padre, habiendo desheredado á su hijo, substituyó heredero á un extraño, y después este extraño instituyó heredero á aquel hijo, y hecho heredero falleciera dentro de la pubertad, opino que por el substituido á este hijo no se deben pagar de ningún modo los legados, porque la herencia del padre no fué directamente al hijo, sino por sucesión.

§ 1.—Yo creo más, respecto al hermano que habiendo quedado siendo heredero de su padre instituyó heredero á su hermano desheredado, que el substituido de éste no debe lo legado, ciertamente ni si abintestato le hubiere sucedido á su hermano, porque los bienes del hermano no pasaron á él directamente, sino mediante sucesión.

§ 2.—Si un hijo hubiera sido instituido heredero de una onza, y á su cargo se hubieran dado lega-

(1) emi, inserta la Vulg.

(2) Hal.; fratre, el código Fl.